Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

inuenta enim occasione superbia illius satanae praecipit ut eum ideoque
in Salomone legitur superbis dominus resistit unde in alia epistola idem apostolus
aut quisquis putat se aliquid se ipsum seducit et dominus quare inquit ex
altauerit humiliabitur; O porro et aut eum et testimonium habere bo
num ab his qui foris sunt; Sensum domini cum secutus aut oportere
futurum episcopum testimonium bonum habere ab extraneis quia qui in mini
mis fidelis est et in magnis sicut dicit dominus. si in alieno mammona fideles non
fuistis quod uerum est quis dabit uobis ut hic qui in mundanis rebus et conuersa
tione humana fidelis minime inuenitur dubium non sit quia et in diui
nis rebus idoneus non erit si autem hominibus fidem exhibuerit multo magis deo;
Non nobis prium incedat et laqueum diaboli; Stamorem dei ante oculos non
habuerit episcopi tempori magis recomendans hunc quasi infidelem et pseudo
prophetam deserit dei et deformis uidebitur omnibus et maculosus quia alium
facit quam predicat uerbis suis ipse se accusans quia deputatus est gregi sata
nae tunc enim uerae se probat predicare si ea contulit et gerere magna ergo
curae ligendus est qui domum dei regendam accipiat si enim terrestrium
rerum dispensatores idonei querendi sunt quanto magis caelestium;
Diaconos parimodo pudicos non bilingues non uino multo deditos non ture
pibus lucris uacantes hilentes mysterium fidei in conscientia pura et hi
autem probentur primum et sic ministrent sine crimine; Quanta cura
diaconos eligendos praecipit quos constat ministrare ei sacerdotum quales
uult eos episcopos nisi sicut ipse ait in reprehensibiles negotiatam publicat
pia uilia non habentes scilicet enim ideo negotiari ut capiant lucra et aliud
profitetur quam geritur pia autem lucra habe dicit eos si sub pia professione
questibus studentur turpis enim deprehenditur cum se puri ostent et post
episcopum tamen diaconatus ordinationem subicit quare nisi quia episcopi et
presbiteri una ordinatio est utrique enim sacerdos est sed episcopus primus est ut omnis episcopus
presbiter est non tamen omnis presbiter episcopus hic enim episcopus est quinter praesbyteros primus
est denique timotheum praesbyterum ordinatum significat sed quia de